



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Alexandro III. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

sitania Legatus, inter sui sæculi Theologos, nomen laudesque emeruit, hominumque memoriarum, nonnulla erudita opuscula commendauit, ut refert author Catalogi scriptorum Angliae. Obiit per Alexandri 3. tempora, ut autumo.

AB ALEXANDRO III. CREATI.

LABORANS Cardinalis S. Mariæ in Porticu, & postea S. Mariæ trans Tyberim scripsit, ut refert Baronius,
De Iusti, Iustitiæque rationibus opus quadripartitum
De vera libertate opus tripartitum ad Hugonem Archiepiscopum Panormitanum.

Epistolam de appellationibus ad Viulanum Thomafium Cardinalem S. Stephani in Cælio monte, & aliam contra Sabellianos, rursum reuiuiscentes.
Præterea Canonum collectionem elaboratissimam anno 1182. edidit. Obiitque sub Clemente 3.

HEREBERTVS DE BOSHAM Anglus Cardinalis & Archiepiscopus Beneuentanus, Theologiæ Magisterium Oxoniæ adeptus est; Sanctoq; Thomæ Archiepiscopo Cantuariensi ab Epistolis fuit, scripsit

Vitam S. Thomæ Cantuariensis.

Defensorium animæ.

De suis peregrinationibus.

Epistolarum volumen, & alia nonnulla.

Claruit anno 1180.

HENRICVS Gallus ex Abbatie Clareuallensi Episcopus Cardinalis Albanus, conciones aliquot, coram Pontificibus habuit, ut notat Ciaconius, eiusque.

Oratio quædam, aduersus Albigenses hæreticos extat Tomo 12. Annalium Baronij.